

Mājas lasīšana

paralēli latīņu-latviešu teksti

Saturs

- ❖ **Kempenes Toms**
 - [1. daļa, 1. nodaļa, 4b](#)
 - [1. daļa, 7. nodaļa, 1-2](#)
 - [2. daļa 4. nodaļa De pura mente et simplici intentione](#)
- ❖ **Augustinus**
 - [Augustini Confessionum. Liber Primus. Caput I](#)
- ❖ **Regula St. Benedicti**
 - [Caput 16: Qualiter divina opera per diem agantur](#)
 - [Caput 17: Quot psalmi per easdem horas dicendi sunt](#)
 - [Caput 19: De disciplina psallendi](#)
- ❖ **Egeria's Description of the Liturgical Year in Jerusalem**
 - [XXIV. 1.](#)
 - [XXIV. 3.](#)
 - [XXIV. 4.-7.](#)
- ❖ **De Votis Monachorum. Art. XXVII**
- ❖ **Clemens V Papa Episcopus**
 - [Exivi de paradiso, 1](#)
- ❖ **Gesta Romanorum**
 - [Filae Piratae \(5\)](#)
 - [De invidia \(44\)](#)
 - [De bonis rectoribus non mutandis \(53\)](#)
 - [De amicitiae verae probatione \(129\)](#)
 - [De statu mundi actuali \(144\)](#)
 - [De principibus et aliis magnatibus fortiter arguendis pro eorum forefactis \(146\)](#)
- ❖ **POGGII FACETIAE**
 - [3. Bonacii Guasci Qui Tam Tarde E Lecto Surgebat](#)
 - [7. De Equestri Palliato](#)
- ❖ **Seneca**
 - [De Vita Beata, 1a](#)
 - [LUCILIO, XXXIV](#)
- ❖ **Apuleius**
 - [Psyche et Cupido, Metamorphoses, IV, 28 a](#)
- ❖ **Cicero**

- [Epistularum ad familiares Lib.2.4. M. Cicero S.D.C.Curioni](#)
- ❖ **Livius**
- [Praefatio, 1-3](#)

Kempenes Toms 1. daļa, 1. nodaļa, 4b

<p>Vanitas est longam vitam optare, et de bona vita parum curare. Vanitas est praesentem vitam solum attendere, et quae futura sunt non praevidere. Vanitas est illud diligere quod cum omni celeritate transit; et illuc non festinare, ubi gaudium sempiternum manet.</p>	<p>Nīcība ir garu dzīvi kārot, un par krietnu dzīvi par_maz rūpēties. Nīcība ir tagadējo dzīvi tikai ievērot, un (to), kuŗa būs (nākotnē) neparedzēt. Nīcība ir to mīlēt, kas ar pilnu ātrumu paiet; un turp nesteigties, kur mūžīgs prieks ir paliekošs/paliek.</p>
---	--

Kempenes Toms 1. daļa, 7. nodaļa, 1-2.

<p>Vanus est, qui spem suam ponit in hominibus, aut in creaturis. Non te pudeat aliis servire pro amore Jesu Christi; et pauperem in hoc seculo^{saeculo} videri. Non stes super te ipsum; sed in Deo spem suam constitue. Fac quod in te est, et Deus aderit bonae voluntati tuae. Non confidas in tua scientia, vel in cujuscumque viventis astutia; sed magis in Dei gratia, qui humiles adjuvat,</p>	<p>Nīcīgs ir (tas), kuŗš cerību savu liek uz cilvēkiem, vai uz radībām. Nekaunies citiem kalpot Jēzus Kristus mīlestības dēļ un nabagam šajā pasaulē izskatīties. Nepastāvi uz sevi pašu; bet Dievā cerību savu iedibini. Dari, kas ir tevī, un Dievs būs_klāt tavai krietnajai gribai. Nepaļaujies uz savu zināšanu, vai uz jebkuŗa dzīva (cilvēka) izveicību; bet vairāk uz Dieva žēlastību, kas pazemīgajiem palīdz,</p>
--	---

<p>et de se ipsis praesumentes humiliat. Ne glorieris in divitiis, si adsunt; nec in amicis, quia potentes sunt; sed in Deo qui omnia praestat, et se ipsum super omnia dare desiderat. Non te extollas de magnitudine vel pulchritudine corporis, quae modica infirmitate corrumpitur et foedatur. Non placeas tibi ipsi de habilitate aut ingenio tuo, ne displiceas Deo, cujus est totum quicquid boni naturaliter habueris.</p>	<p>bet no sevis pašiem iedomīgos pazemo. Nedižojies ar bagātībām, ja tādas ir, nedz ar draugiem, ka tie vareni ir; bet ar Dievu, kas visu sagādā, un sevī pašu par visiem nodot alkst. Neizcelies ar (sava) ķermeņa lielumu vai skaistumu, kas no pavisam_nelielas slimības tiek_samaitāts un top_pretīgs. Nepatīci sev pašam par savu spēju vai talantu, lai nebūtu nepatīkams Dievam, kuŗa ir viss / kuŗam pieder viss, kas vien no labā dabiskā_veidā tev ir (dots).</p>
---	--

Kempenes Toms 2. daļa 4. nodaļa De pura mente et simplici intentione

<p>1. DUABUS alis homo sublevatur a terrenis, simplicitate scilicet et puritate. Simplicitas debet esse in intentione, puritas in affectione. Simplicitas intendit Deum: puritas apprehendit et gustat. Nulla te bona actio impedit, si liber intus ab omni inordinato affectu fueris. Si nihil aliud quam Dei beneplacitum, et proximi utilitatem intendis et quaeris, interna libertate fruēris. 2. Si rectum cor tuum esset, tunc omnis tibi creatura speculum vitae, et liber sanctae doctrinae esset. Non est creatura tam parva et vilis, quae Dei bonitatem non repraesentet.</p>	<p>Uz diviem spārnem cilvēks paceļas no zemes lietām, proti, vienkāršības un šķīstības. Viekāršībai ir jābūt nolūkā, šķīstībai ie pieķeršanās. Vienkāršība vēršas uz Dievu: šķīstība satver un bauda. Neviena tevi krietna rīcība nekavēs, ja brīvs iekšēji no jebkuŗām sabangotām kaislībām būsi bijis. Ja pēc nekā cita kā_tikai Dievam patīkamā un noderīguma tuvākajam tieksies un meklēsi, iekšējo brīvību baudīsi. Kaut tava sirds taisna bijusi, tad jebkuŗa būtne tev dzīves spogulis un svētās mācības grāmata bijusi. Neviena radība nav tik maza un</p>
--	--

<p>Si tu esses intus bonus et purus, tunc omnia sine impedimento videres, et bene caperes. Cor purum penetrat coelum et infernum. Qualis unus quisque intus est, taliter judicat exterius. Si est gaudium in mundo, hoc utique possidet puri cordis homo. Et similiter si est alicubi tribulatio et angustia, hanc utique melius novit mala conscientia. 3. Sicut ferrum missum in ignem amittit rubiginem, et totum candens efficitur: sic homo ad Deum integre se convertens, a torpore exuitur, et in novum hominem transmutatur. Quando homo incipit tepescere, tunc parvum metuit laborem, et libenter externam accipit consolationem. Sed quando perfecte incipit se vincere, et viriliter in via Dei ambulare; tunc minus ea reputat, quae sibi prius gravia esse sentiebat.</p>	<p>nenozīmīga/sīka, kas Dieva labumu nepārstāvu. Kaut tu bijis iekšēji labs un tīrs, tad visu bez šķēršļa/kavēkļa tu redzētu, un brīvi saņemtu. Tīra sirds caururbj debesis un pazemi. Kāds jebkuŗš viens iekšēji ir, tādā veidā sprieŗ āŗēji. Ja ir prieks pasaulē, to patiesi iegūst tīras sirds cilvēks. Un līdzīgā veidā ja ir kaut kur satraukums un spaidi, ŗo patiesi vairāk/labāk iepazīst ļauna sirdsapziņa. Tāpat kā dzelzs ielikta ugunī zaudē rūsu, un visa kvēlojoŗa top: tā cilvēks uz Dievu pilnībā sevi pavērsis, no stinguma atbrīvojas/izŗērbjas, un jaunā cilvēkā pārveidojas. Kad vien cilvēks nav vairs dedzīgs/(iesāk būt remdens), tad baidās no mazas piepūles, un labāk/labprāt pieņem āŗēju mierinājumu. Bet kad vien pilnībā sāk sevi uzvarēt, un drosmīgi Dieva ceļā dzīvot/staigāt, tad vismazāk tās lietas ņem vērā, kuŗas sev iepriekŗ smagas būt domāja.</p>
--	--

Augustini Confessionum. Liber Primus. Caput I

<p>Magnus es, domine, et laudabilis valde: magna virtus tua, et sapientiae tuae non est numerus.</p>	<p>Liels tu esi, Kungs, un slavējams ļoti: liels tavs spēks, un tavai gudrībai nav uzskaitamības.</p>
---	--

<p>Et laudare te vult homo, aliqua portio creaturae tuae, et homo circumferens mortalitem suam, circumferens testimonium peccati sui et testimonium, quia superbis resistis: et tamen laudare te vult homo, aliqua portio creaturae tuae.</p> <p>Tu excitas, ut laudare te delectet, quia fecisti nos ad te et inquiete est cor nostrum, donec requiescat in te.</p> <p>Da mihi, domine, scire et intellegere, utrum sit prius invocare te an laudare te, et scire te prius sit an invocare te.</p> <p>Sed quis te invocat nesciens te? aliud enim pro alio potest invocare nesciens.</p> <p>An potius invocaris, ut sciaris? quomodo autem invocabunt, in quem non crediderunt? aut quomodo credent sine praedicante? et laudabunt dominum qui requirunt eum. Quaerentes enim inveniunt eum et invenientes laudabunt eum.</p> <p>Quaeram te, domine, invocans te, et invocem te credens in te: praedicatus enim es nobis.</p> <p>Invocat te, domine, fides mea, quam dedisti mihi, quam inspirasti mihi per humanitatem filii tui, per ministerium praedicatoris tui.</p>	<p>Un slavēt tevi grib cilvēks, tavas radības kāda daļa, un cilvēks apkārtnesošs savu mirstību, nododošs/apkārtnesošs liecību par savu grēcīgumu/grēku</p> <p>un liecību, ka tu augstprātīgiem pretojies: un tomēr grib cilvēks slavēt tevi, tavas radības kāda daļa.</p> <p>Tu uzrausi, ka tevi slavēt sagādā prieku, jo tu esi radījis mūs pēc tevis/(pēc tava ģimja un līdzības)</p> <p>un nemierīga ir mūsu sirds, kamēr [ne]atrod mieru tevī.</p> <p>Dod man, Kungs, zināt un saprast, vai vispirms vajag piesaukt tevi vai slavēt tevi, vai/un zināt tevi vispirms vai piesaukt tevi.</p> <p>Bet kas tevi piesauc, tevi nepazīdams? jo citu kāda_cita vietā var piesaukt nezinošais.</p> <p>Vai arīdzan tu tieci piesaukts, lai tu kļūtu zināms?</p> <p>bet kā gan viņi piesauks [to], ie kā viņi netic?</p> <p>vai kādā veidā viņi ticēs bez pasludinātāja? un [tādēļ] slavēs Kungu [tie], kuŗi meklē Viņu.</p> <p>Jo meklējošie [Viņu] atrod Viņu un atrodošie slavēs Viņu.</p> <p>Lai meklēju tevi, Kungs, piesaucot tevi, un lai piesaucu tevi ticot ie tevis: jo tu esi mums pasludināts.</p> <p>Piesauc tevi, Kungs, mana ticība, ko tu man esi devis, ko tu esi iededzis/iestādījis/iedvesis manī caur sava dēla tapšanu_par_cilvēku, caur tevis pasludinātāja kalpojumu.</p>
--	--

Caput 16:

<p>Qualiter divina opera per diem agantur</p> <p>Ut ait Propheta: <i>Septies in die laudem dixi tibi.</i>ⁱ Qui septenarius sacratus numerus a nobis sic implebitur, siⁱⁱ Matutinoⁱⁱⁱ, Primæ^{iv}, Tertiae^v, Sextæ^{vi}, Nonæ^{vii}, Vesperæ^{viii} Completorii^{com-ix} tempore nostræ servitutis officia persolvamus persolvamus, quia de his diurnis Horis dixit: <i>Septies in die laudem dixi tibi.</i> Nam de nocturnis Vigiliis idem ipse^x Propheta ait: <i>Media nocte surgebam ad confitendum tibi.</i>^{xi} Ergo his temporibus referamus laudes Creatori nostro super iudicia iustitiæ suæ, id est Matutinis, Prima, Tertia, Sexta, Nona, Vespera, Completorios, et nocte surgamus ad confitendum ei.</p>	<p>Kādā veidā svētdarbības dienas garumā veicamas</p> <p>Kā saka Praviētis: <i>Septiņkārt dienā es esmu slavējis tevi.</i> Un šis svētais skaitlis septiņkārtīgais/septiņveidīgais no mums šādi tiks piepildīts, ja matuīna, pīmas, tercijas, sekstas, nonas, vesperes, completorija laikā mūsu kalpošanas pienākumus izpildām, jo par šīm dienas- stundām [pravietis] ir sacījis: <i>Septiņkārt dienā es esmu slavējis tevi.</i> Bet par nakts- vigilijām tāpat Praviētis saka: <i>Nakts vidū mēs celsimies, lai tev atzītu.</i> Tātad šajos laikos lai pienesam slavinājumus mūsu Radītājam par Viņa taisnības tiesu, tas ir, matuīnos, pīmā, tercijā, sekstā, nonā, vesperē, completorijos, un naktī lai ceļamies, lai atzītu Viņam.</p>
---	--

Caput 17:

<p>Quot psalmi per easdem horas dicendi^{xii} sunt</p> <p>Iam de Nocturnis vel Matutinis digessimus^{digero} ordinem psalmodiæ^{xiii}; nunc de sequentibus Horis videamus. Prima^{Abl} hora^{Abl} dicantur psalmi tres singillatim et non sub una Gloria, hymnum eiusdem Horæ post versum: <i>Deus in adiutorium</i>^{xiv} antequam psalmi incipientur. Post expletionem vero trium psalmodum</p>	<p>Cikreiz psalmi lūgšanu stundās ir dziedami</p> <p>Jau par nokturnijām un matuīniem mēs esam sakārtojuši psalmu dziedāšanas kārtību, tagad par sekojošajām lūgšanu stundām lai lūkojam. Pīmas laikā lai tiek dziedāti trīs psalmi katrs atsevišķi bet ne visi zem viena '<i>Gloria</i>' ^{xvii}, atbilstošās lūgšanu stundas himnu [lai dzied] pēc panta: <i>Nāc glāb mani, Kungs</i> pirms psalmi tiek iesākti.</p>
---	---

<p>recitetur lectio una^{xv}, versu^{=versum} et <i>Quirie eleison</i> et missas. Tertia^{Abl} vero, Sexta et Nona idem^{=item} eo ordine celebretur oratio, id est versu^{versum}, hymnos earundem Horarum, ternos psalmos, lectione^{lectionem} et versu^{versum}, <i>Quirie eleison</i> et missas. Si maior congregatio fuerit, cum antiphonas, si vero minor, in directum psallantur. Vespertina autem sinaxis^{synaxis=συναξις} quattuor psalmis cum antiphonas terminetur. Post^{xvi} quibus psalmis lectio recitanda est: inde responsorium, ambrosianum, versu^{-um}, canticum de Evangelia, litania^{=am}, et oratione dominica fiant missæ. Completorios autem trium psalmorum dictione terminentur; qui psalmi directanei sine antiphona dicendi sunt. Post quos hymnum eiusdem Horæ, lectionem unam, versu^{-um}, <i>Quirie eleison</i>, et benedictione missæ fiant.</p>	<p>Bet pēc triju psalmu pabeigšanas lai tiek lasīta/recitēta lekcija/lasījums; pantu [lai lasa] un <i>Kungs, apžēlojies</i> un atlaišanas lūgšanu. Bet tercijā, sestā un nonā tāpat tajā pašā kārtībā lai tiek skandināta lūgšana; tas ir, pantu [lai skandina], atbilstošo lūgšanas stundu himnas trīs_pēc_kārtas psalmus, lekciju un pantu, <i>Kungs, apžēlojies</i> un atlaišanas lūgšanu. Ja lielāka draudze_sapulcējusies būtu, ar responsēm/antifonijām, bet ja mazāka, bez_responsēm/tieši lai tiek dziedāts. Bet vakara euharistija ar četriem psalmiem ar responsēm lai beidzas. Pēc šiem psalmiem lekcija ir lasāma; tad dziedājumu_ar_responsēm [lai dzied], Ambrosija himnu, pantu, dziedājumu no evaņģelijiem, litāniju, un ar Kunga lūgšanu lai notiek atlaišana. Bet kompletorijus lai nobeidz ar triju psalmu dziedāšanu, kuŗi psalmi tieši bez responsēm ir dziedami. Pēc tiem [lai dzied] attiecīgās lūgšanu stundas himnu kādu lekciju, pantu, <i>Kungs, apžēlojies</i> un ar svētīšanu lai notiek atlaišanas lūgšanas.</p>
---	---

Caput 19

<p>De disciplina psallendi Ubique credimus divinam^{=Dei} esse præsentiam et oculos Domini in omni loco speculari bonos et malos^{xviii},</p>	<p>Par dziedāšanas kārtību Visur mēs ticam dievišķo būt klātbūtni un <i>Kunga acis visās vietā/(katrā vietā)</i> <i>būt vērojošas krietnos un ļaunos,</i> tomēr visvairāk šim</p>
--	--

<p>maxime tamen hoc sine aliqua^{=ulla} dubitatione credamus, cum ad opus divinum adsistimus. Ideo semper memores simus quod ait Propheta: <i>Servite Domino in timore</i>^{xix}, et iterum: <i>Psallite sapienter</i>^{xx}, et: <i>In conspectu angelorum psallam tibi</i>^{xxi}. Ergo consideremus qualiter oporteat in conspectu Divinitatis et angelorum eius esse, et sic stemus ad psallendum, ut mens nostra concordet voci nostræ.</p>	<p>bez kādas šaubīšanās mēs lai ticam, kad pie dievišķā darba ķeramies. Tādēļ vienmēr lai atceramies/(esam atminīgi) ko saka Praviētis: <i>Kalpojiet Kungam bijādami</i> un atkal: <i>Dziediet [Dievam] dziesmu</i> <i>prasmīgi/sekmīgi</i>^{xxii}! un [vēl]: <i>Eņģeļu priekšā dziedu Tev slavu!</i> Tādējādi lai ievērojam/pārdomājam, kā vajag Dievības priekšā un Viņas eņģeļu būt, un tā [lūk] lai esam gatavi/stāvam uz dziedāšanu, lai mūsu prāts būtu saskaņā ar mūsu balsi.</p>
--	--

Egeria's Description of the Liturgical Year in Jerusalem.

Egeria's Description of the Liturgical Year in Jerusalem. XXIV. 1. ^{xxiii}

<p>Ut autem sciret affectio^{xxiv} uestra^{vestra}, quae operatio singulis diebus cotidie in locis sanctis habeatur, certas uos^{vos} facere debui, sciens, quia libenter haberetis haec cognoscere. Nam singulis diebus ante pullorum cantum aperiuntur omnia hostia Anastasis et descendunt^{descendunt} omnes monazontes et parthene^{xxv}, ut hic dicunt, et non solum hii^{hi}, sed et laici praeter, uiri^{viri} aut mulieres, qui tamen uolunt^{volunt} maturius uigilare^{vigilare}. Et ex ea hora usque in luce^{luce} dicuntur ymni^{ymni} et psalmi responduntur, similiter et antiphonae: et cata^{κατα} singulos ymnos fit oratio. Nam presbyteri bini uel^{vel} terni, similiter et diacones, singulis diebus uices^{vices} habent simul cum monazontes, qui cata^{κατα} singulos ymnos uel antiphonas orationes dicunt.</p>	<p>Tad nu lai zinātu Jūsu laipnība, kāda kalpošana no dienas dienā svētās vietās tiek turēta, Jūs zinošas darīt man vajag, zinot, ka labprāt jūs gribētu šīs lietas zināt. Tad nu no dienas dienā pirms gaiļu/(jauna gaiļa) dziedāšanas atveras visi Anastasis^{xxvi} vārti un nokāpj visi mūki un jaunavas, kā šeit viņi sauc [tās], un ne tikai viņi, bet arī laji bez tam, vīrieši un sievietes, kuņi tomēr grib agrākā_rīta_stundā būt nomodā. Un no šīs stundas līdz pat gaismai tiek dziedātas himnas un psalmi responsēti, līdzīgi arī antifonijas: un pēc katras himnas notiek lūgšana. Jo vecajie pa divi vai trīs tāpat arī diakoni, katru dienu pēc kārtas tur [lūgšanas] reizē ar mūkiem, kuņi pēc katras himnas vai antifonijas lūgšanas dzied/saka.</p>
---	--

Egeria's Description of the Liturgical Year in Jerusalem. XXIV. 3. ^{xxvii}

<p>Iam autem ubi ceperit lucescere, tunc incipiunt matutinos ymnos dicere. Ecce et superuenit^{-venit} episcopus cum clero et statim ingreditur intro spelunca et de intro cancellos primum dicit^{dicit} orationem pro omnibus: commemorat etiam ipse nomina, quorum uult^{vult},</p>	<p>Bet kad jau gaisma sāk aust, tad viņi iesāk rīta himnas dziedāt. Lūk arī ierodas bīskaps ar garīdzniekiem un tūlīt ieiet iekšpus kapenes un no iekšpus margām vispirms saka lūgšanu par visiem: piemin arī viņš vārdus, kuņu [cilvēku] viņš grib,</p>
---	---

<p>sic benedicet^{-dicit} cathecuminos. Item dicet^{dicit} orationem et benedicet^{-dicit} fideles. Et post hoc exeunte episcopo de intro cancellos omnes ad manum ei accedunt, et ille eos uno et uno benedicet^{-dicit} exiens iam, ac sic fit missa iam luce. Item hora sexta denuo descendunt^{descendunt} omnes similiter ad Anastasim et dicuntur psalmi et antiphonae, donec commonetur episcopus; similiter descendet^{descendit} et non sedet, sed statim intrat intra cancellos intra Anastasim, id est intra speluncam, ubi et mature, et inde similiter primum facit orationem, sic benedicet fideles, et sic exiens de cancellos similiter ei ad manum acceditur. Ita ergo et hora nona fit sicuti et ad sexta.</p>	<p>tad/tā viņš svētī iesvētāmos/katehumenus. tad viņš saka lūgšanu un svētī ticīgos/uzticamos. Un pēc šā izejot bīskapam no iekšpus margām visi pie viņa rokas nāk klāt, un viņš tos vienu aiz otra svētī jau iziedams, un tā notiek atlaišana jau gaismā. Līdzīgi sestajā stundā^{dienas vidū} viņi nonāk visi tāpat uz Anastasis un tiek dziedāti psalmi un antifonijas, kamēr tiek dota zīme, [ka nāk] bīskaps; līdzīgi viņš nokāpj bet/un neapsēžas, bet tūlīt ieiet iekšpus margām iekš Anastasis, tas ir, iekš kapa vietas/alas, tāpat kā/(kur arī) rīta agrumā, un tad līdzīgi vispirms saka lūgšanu, tad svētī ticīgos/uzticīgos, un tad [kad] izgājis ārpus margām tūlīt pie viņa rokas [katrs] nāk klāt. Tāpat arī devītajā stundā^{trijos dienā} notiek kā arī sestajā [stundā].</p>
--	---

Egeria's Description of the Liturgical Year in Jerusalem. XXIV. 4.-7. ^{xxviii}

<p><u>4.</u> Hora autem decima, quod appellant hic licinicon, nam nos dicimus lucernare, similiter se omnis multitudo colliget^{colligit} ad Anastasim, incenduntur omnes candelae et cerei et fit lumen infinitum. Lumen autem de foris non affertur, sed de spelunca interiori^{interiore} eicitur,</p>	<p>Bet desmitajā stundā^{četros dienā}, ko viņi sauc šeit 'licinicon'^{xxx}, jo mēs sakām 'laiks kad iedegt sveces'^{xxxi}, līdzīgi sevi viss daudzums [cilvēku] sapulcina uz Anastasis, tiek iedegtas visas sveces un vaska sveces un top ļoti gaišs. Bet apgaisojums no ārpuses nenāk, bet no kapenes iekšpuses nāk,</p>
--	---

ubi noctu ac die semper lucerna lucet,
id est de intro cancellos.
Dicuntur etiam psalmi lucernares,
sed et antiphonae diutius.
Ecce et commonetur episcopus
et descendet^{descendit} et sedet susum^{sursum},
nec non etiam et presbyteri sedent locis suis,
dicuntur ymni uel^{vel} antiphonae.
5. Et ad ubi^{ubi} perdicti fuerint iuxta
consuetudinem,
lebat^{leuat} se episcopus et stat ante cancellum,
id est ante speluncam,
et unus ex diaconibus
facit commemorationem singulorum,
sicut solet esse consuetudo.
Et diacono dicente singulorum nomina
semper pisinni plurimi stant
respondentes semper:
kyrie eleyson
(quod dicimus nos: *miserere Domine*),
quorum uoces^{voces} infinitae sunt.
6. Et at ubi diaconus perdixerit omnia,
quae dicere habet,
dicet^{dicat} orationem primum episcopus
et orat pro omnibus;
et sic orant omnes,
tam fideles quam et cathecumini simul.
Item mittet^{mittit} uocem diaconus,
ut unusquisque, quomodo stat,
cathecumini inclinet caput;
et sic dicet^{dicat} episcopus stans
benedictionem super cathecuminos.
Item fit oratio
et denuo mittet^{mittit} diaconus uocem et
commonet,
ut unusquisque stans fidelium

kur nakti un dienu vienmēr lampa deg,
tas ir, no iekšpus margām.
Tiek dziedāti lucernārija^{=vesperes} psalmi,
un arī antifonijas ilgāku laiku.
Lūk bīskaps tiek pieteikts
un viņš nokāpj un apsēžas uz
paaugstinājuma/augšā,
[ne tā ka ne] arī vecajie apsēžas savās vietās,
tiek dziedātas himnas un/vai antifonijas.
Un kad tie ir nodziedāti saskaņā ar parašu,
pieceļas bīskaps un nostājas margu priekšā,
tas ir, kapenes priekšā,
un viens no diakoniem
saka atsevišķu [cilvēku] pieminēšanu,
kā tas ir parasts/(mēdz būt paradums).
Un diakonam sakot atsevišķu [cilvēku]
vārdus
vienmēr daudzi mazi zēni pieceļas
atbildot vienmēr:
Kungs, apžēlojies!
(ko mēs sakām [latīņu valodā]: *Kungs,*
apžēlojie!),
kuŗu balsis ir neskaitāmas.
Un kad diakons ir noskaitījis visu,
ko sacīt tam vajag,
saka lūgšanu vispirms bīskaps
un lūdz par visiem;
un tad lūdz visi,
kā uzticamie tā arī iesvētāmie/katehumeni
reizē.
Atkal diakons paceļ balsi,
lai ikviens, tā kā viņš stāv,
katehumens noliec galvu;
un tad saka bīskaps stāvot
svētību pār katehumeniem.
Atkal notiek lūgšana

<p>inclinent capita sua; item benedicet^{benedicit} fideles episcopus et sic fit missa Anastasi.</p> <p>7. Et incipient episcopo ad manum accedere singuli.</p>	<p>un no jauna paceļ diakons balsi un aizlūdz, tā ka ikviens stāvošs no uzticamajiem noliec savu galvu; atkal svētī uzticamos bīskaps un tad notiek atlaišana ie Anastasis.</p> <p>Un [visi] sāk bīskapam pie rokas nākt klāt pa vienam.</p>
--	---

De Votis Monachorum. Art. XXVII.

<p>De Votis Monachorum</p> <p>1] Quid de votis monachorum apud nos doceatur, melius intelliget, si quis meminerit, qualis status fuerit monasteriorum, quam multa contra canones in ipsis monasteriis quotidie fiebant.</p> <p>2] Augustini tempore erant libera collegia; postea, corrupta disciplina, ubique addita sunt vota, ut tamquam excogitato carcere disciplina restitueretur.</p> <p>3] Additae sunt paulatim supra vota aliae multae observationes.</p> <p>4] Et haec vincula multis ante iustam aetatem contra canones iniecta sunt.</p> <p>5] Multi inciderunt errore in hoc vitae genus, quibus, etiamsi non deessent anni, tamen iudicium de suis viribus defuit.</p> <p>6] Qui sic irretiti erant, cogebantur manere, etiamsi quidam beneficio canonum</p>	<p>Par mūku svinīgajiem_solījumiem</p> <p>[To], kas par mūku solījumiem pie mums tiek mācīts, labāk sapratīs tas, ja kāds atcerēsies, kāds ir bijis klosteru stāvoklis, cik daudz pret Baznīcas likumiem pašos klosteros ikdienas notika.</p> <p>Augustīna laikā bija brīvas brālības; vēlāk – samaitāta nežēlīga/stingra kārtība, [pie kam] visur ir pievienoti solījumi, ka itin kā [kādā] izdomātā cietumā stingra kārtība tiek uzturēta/saglabāta.</p> <p>Pamazām ir pievienoti [vēl] bez solījumiem daudzi citi noteikumi.</p> <p>Un šīs saites daudziem pirms pareizā vecuma pret Baznīcas likumiem ir uzliktas.</p> <p>Daudzi iekrīt aiz maldiem šādā dzīves veidā, kuŗiem, ja arī nepietrūkst gadi, tomēr spriedums par saviem spēkiem iztrūkst.</p> <p>Kuŗi tā sapinušies_ tīklos tika, bija spiesti palikt [tajos], pat ja pēc Baznīcas likumu labvēlības</p>
---	---

<p>liberari possent.</p> <p>7] Et hoc accidit magis etiam in monasteriis virginum quam monachorum, quum sexui imbecilliori magis parcendum esset.</p> <p>8] Hic rigor displicuit multis bonis viris ante haec tempora, qui videbant puellas et adolescentes in monasteria detrudi propter victum.</p> <p>Videbant, quam infeliciter succederet hoc consiliu, quae scandala pareret ^{pareo pario xxxii}, quos laqueos conscientibus iniiceret.</p>	<p>varēja tikt atbrīvoti.</p> <p>Un tas notiek pat vairāk jaunavu nekā mūku klosteros, kad pret dzimumā vājāko vajadzēja būt saudzīgākiem.</p> <p>Šī neželastība/stingrība nav patikusi daudziem krietniem vīriem [vēl] pirms šiem laikiem,</p> <p>kuŗi redzēja meitenes un jauniešus klosteros tiktus iegrūstus, lai tie tīktu_sasaistīti.</p> <p>Viņi redzēja, cik nelaimīgi [kāds] panāca [ko gribēja] savā/šajā nolūkā,</p> <p>kas piedauzību parāda, kādas cilpa sirdsapziņām tiek uzliktas.</p>
--	---

Exivi de paradiso, 1, Clemens V Papa Episcopus

<p>Exivi de Paradiso, dixi, rigabo hortum plantationum, ait ille coelestis agricola, qui vere fons sapientiae verbum Dei, a Patre in Patre manens, genitum ab aeterno, novissime diebus istis (fabricante Sancto Spiritu) in utero Virginis caro factum, exivit homo ad opus arduum redemptionis humani generis peragendum: exemplar se dando coelestis vitae, praebens hominibus semetipsum.</p> <p>Verum quia plerumque mortalis vitae sollicitudinibus pressus homo,</p>	<p>Es esmu izgājis no paradīzes, es sacīju, es apūdeņošu stādu dārzu, sacīja tas debesu zemkopis, kuŗš patiesi gudrības avots Dieva vārds, no Tēva Tēvā tecēdams, dzimis no mūžības, vispēdīgi šajās dienās (darinot Svētajam Garam)</p> <p>Jaunavas miesās miesa tapis, izgāja [jau kā] cilvēks darbam cēlam / kraujam</p> <p>cilvēka cilts glābšanas veikšanai: par debesu dzīves piemēru sevi lai dotu, nododams cilvēkiem sevi pašu.</p> <p>Patiesi ka visbiežāk</p>
---	--

<p>mentis aspectum ab exemplaris hujusmodi intuitu divertebat: verus noster Salomon in solio militantis Ecclesiae hortum voluptatis inter ceteros quemdam fecit a procellosis mundi fluctibus elongatum, in quo quieties ac securius vacaretur contemplandis, servandisque hujusmodi operibus, exemplaris in hunc mundum introivit ipse, ut regaret ipsum foecundis^{fecundis} aquis gratiae, & doctrinae. Hic hortus siquidem est Fratrum Minorum sancta Religio, quae muris regularis observantiae firmiter undique circumclusa, intra se solo contenta Deo adornatur abunde novellis plantationibus filiorum. Ad hunc veniens dilectus Dei Filius mortificantis poenitentiae myrrham metit cum aromatibus, quae suavitate mira universis odorem attrahentis sanctimoniae circumfundunt. Haec est illa coelestis vitae forma, & regula, quam descripsit ille Confessor Chirsti eximius sanctus Franciscus; ac servandam a suis filiis verbo docuit pariter & exemplo.</p>	<p>mirstīgas dzīves rūpēm nospiestais cilvēks, prāta virzību no šī veida parauga uzlūkošanas novērsa: patiesais mūsu Sālamans kaŗojojošās Baznīcas tronī prieka dārzu citu vidū kādu darināja no vētrainajām pasaules bangām nost_turētu, kuŗā mierīgi un droši ļāva pārdomās gremdējošamies, un saglabājošiem (sevi) šādiem darbiem, viņš/pats kā paraugs šajā pasaulē iegāja, lai pārvaldītu to auglīgiem žēlastības un mācības ūdeņiem. Šis dārzs attiecīgi/patiesībā ir mazo brāļu svētā biedrība, kuŗa iekš stingras/regulējošas kārtības mūriem stingri no visām pusēm ieslēgta, tikai sevī saturēta Dieva bagātīgi tiek izrotāta jauniņiem dēlu augiem/stādiem. Uz šo nākdams mīļotais Dieva Dēls mirdinošas grēknožēlas mirres aromātam izplatoties/(ar aromātu) pļauj, kas ar apbrīnojamu saldumu, visiem pievelkot svētuma/šķīstuma smaržu, [visus] ieskauj/āplej. Šie ir tie: debesu dzīves skaistums un kārtība, ko apraksta tas Kristus atzinējs mazais svētais Francisks; un arī savu dēlu saglabājamu /ka dēliem (tas) saglabājams ar vārdu mācīja līdzīgi [kā] arī ar piemēru.</p>
--	---

Gesta Romanorum. Filae Piratae (5)

Rex quidam regnavit, in cuius imperio erat	Valdīja kāds ķēniņš, kuŗa valstī bija kāds
--	--

quidam iuvenis a piratis captus, qui scripsit patri suo pro redemptione. Pater noluit eum redimere sic, quod iuvenis multo tempore in carcere erat maceratus. Ille, qui eum in vinculis habebat, quandam pulchram filiam ac oculis hominum gratiosam genuerat, quae^{quae} nutrita in domo erat, quousque viginti annos in etate^{aetate} sua compleverat, quae saepius incarceratum visitatum ivit ac consolabatur. Sed ille in tantum desolatus erat, quod nullam consolationem recipere poterat, sed suspiria et gemitus continue emittebat.

Accidit quodam die, quod, cum puella eum visitaret, ait iuvenis ei: "O bona puella, utinam velles pro mea liberatione laborare!" Quae ait: "Quomodo potero hoc attentare! Pater tuus, qui te genuit, non vult te redimere, ego vero, cum sim tibi extranea, quomodo deberem hoc cogitare! Et si te liberarem, offensionem patris mei incurrerem, quia tuam redemptionem perderet pater meus. Verumtamen mihi unum concede, et liberabo te." Ait ille: "O bona puella, pete a me, quid tibi placuerit! Si mihi est possibile, ego concedam." At illa: "Nihil aliud peto pro tua liberatione, nisi quod me in uxorem ducas tempore opportuno." Qui ait: "Hoc tibi firmiter promitto."

Statim puella, patre ignorante, ipsum a vinculis liberavit et cum eo ad patriam suam fugit. Cum vero ad patrem suum venisset, ait ei pater: "O fili, de tuo adventu

jaunietis pirātu sagūstīts, kuŗš uzrakstīja savam tēvam, lai viņu izglābtu. Tēvs negribēja viņu izpirkt, tā ka jaunietis ilgā laikā cietumā bija pavisam izkaltis/nomocīts. Ҡēņiņam, kuŗš viņu apcietinājumā turēja, bija viena skaista un cilvēku acīs piemīlīga meita, kuŗa bija audzināta mājās līdz pat viņai piepildījās divdesmit gadu, kuŗa bieži gāja ieslodzīto apmeklēt un mierināja. Bet tas tik ļoti izmisis/pamests bija, ka nekādu mierināšanu saņemt nespēja, bet elsas un vaidus bez mitas izdvesa.

Kādu dienu notika, kad meitene viņu apmeklēja, viņai jaunēklis sacīja: "Ak, labā meitene, kaut tu būtu gribējusi manas atbrīvošanas labā pūlēties!" Viņa sacīja: "Kādā gan veidā es varētu to mēģināt! Tavs tēvs, kuŗš tevi ir dzemdinājis, negrib tevi izpirkt, bet es, jo esmu tev svešiniece, – kā gan man vajadzētu to domāt! Ja arī es varētu tevi atbrīvot, es izsauktu sava tēva nepatiku, jo mans tēvs zaudētu izpirkšanas maksu par tevi. Bet patiesi man vienā lietā ej pretī/piekāpies, un es tevi atbrīvošu." Viņš teica: "Ak, labā meitene, lūdz no manis, kas tev vien tīk! Ja man būs iespējams, es piekāpšos." Un viņa [teica]: "Neko citu nelūdzu tavas izglābšanas labad, kā tikai to, lai mani par sievu ņemtu, kad tas būs iespējams/(būs tam piemērots laiks)." Viņš teica: "To es tev stingri apsolu."

Tūlīt meitene, tēvam nezinot, viņu no ieslodzījuma atbrīvoja un ar viņu uz viņa tēviju aizbēga. bet kad pie sava tēva nonāca,

gaudeo. Sed dic mihi, qualis est ista puella, quam tecum duxisti!" Ait ille: "Filia regis est, quam in uxorem habeo." Ait pater: "Sub pena^{poena} amissionis hereditatis tue^{tuae} nolo, ut eam in uxorem ducas." Ait ille: "O pater, quid dicis! Plus ei teneor, quam tibi. Quando captus eram in manu inimici et fortiter vinculatus, tibi pro mea redemptione scripsi, et noluisti me redimere. Ipsa vero non tantum a carcere, sed a periculo mortis me liberavit; ideo eam in uxorem ducere volo." Ait pater: "Fili, probo tibi, quod non possis in eam confidere et per consequens nullo modo in uxorem ducere. Patrem proprium decepti, quando, ipso ignorante, te a carcere liberavit. Pro qua liberatione pater eius multa perdidit, que^{quae} pro tua redemptione habuisset. Ergo videtur, quod tu non possis in eam confidere et per consequens nullo modo in uxorem ducere. Item alia ratio est. Ista licet te liberavit, hoc fuit causa libidinis, ut posset te in virum habere, et ideo quia eius libido erat causa liberationis tue^{tuae}, non mihi videtur, quod uxor tua erit."

Puella audiens istas rationes ait: "Ad primam respondeo, quando dicis, quod ego decepi patrem meum proprium, quod non est verum. Ille decipitur, qui in aliquo bono diminuitur. Sed pater meus tam locuples est, quod alicuius auxilio non indiget. Cum hoc perpendi, iuvenem istum a carcere liberavi, ei si pater meus pro eo redemptionem accepisset, non multum

sacīja viņai tēvs: "Ak, dēls, par tavu atgriešanos es priecājos. Bet saki man, kāda ir šī meitene, ko ar sevi esi atvedis!" Viņš sacīja: "Viņa ir ķēniņa meita, kas ir mana sieva." Sacīja tēvs: "Ar tava mantojuma zaudēšanas sodu [brīdinot] negribu, ka viņu par sievu tu ņemtu." Viņš sacīja: "Ak tēvs, ko tu saki! Es vairāk pierderu viņai, nekā tev. Kad tiku notverts ienaidnieka rokās un stipri sasiets, tev par manu izpirkšanu es rakstīju, bet tu negribēji mani izpirkt. Bet viņa ne tikai no cietuma, bet arī no nāves briesmām mani ir izpestījusi; tādēļ viņu par sievu gribu ņemt." Sacīja tēvs: "Dēls, es tev pierādīšu, ka tu nevari viņai uzticēties un sekojoši nekādā ziņā par sievu ņemt. Savu pašas tēvu viņa ir piekrāpusi, kad, viņam nezinot, tevi no cietuma atbrīvoja. Šīs izglābšanas dēļ viņas tēvs daudz ir zaudējis, ko par tavu izpirkšanu būtu saņēmis. Tādējādi ir redzams, ka tu nevari viņai uzticēties un sekojoši nekādā ziņā par sievu ņemt. Pie kam ir vēl viens iemesls. Viņa, lai arī tevi atbrīvoja, tas notika iekāres dēļ; lai tevi varētu par vīru dabūt, un tādējādi, tāpēc ka viņas iekāre bija tavas izpestīšanas iemesls, man neliekas, ka viņa būs tava sieva.

Meitene, dzirdot šos spriedumus, sacīja: "Vispirms es atbildēšu, kad tu saki, ka es esot piekrāpusi savu pašas tēvu, kas nav patiesība. Tas tiek piekrāpts, kas kādā labumā ir zaudējis. Bet mans tēvs ir tik bagāts, ka kāda palīdzībā nejūt trūkumu. Ka šo uzņēmos, šo jaunieti no cietuma atbrīvot, ja arī kaut ko mans tēvs par viņa izpirkšanu būtu saņēmis, ne daudz dēļ tā būtu kļuvis

